



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Caput I. Scribendi de Republica causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)



POLITICORVM

LIBER PRIMVS.

REIPUBLICÆ CAUSA EFFICIENS, MATERIA, FORMA, GÈNERA.

CAPVT I.

Scribendi de Republica causa.

Veritatis
multi ho-
stes.



DOCTRINAM ciuilem mihi tradere instituenti paratam esse acculationem, atque de ipso titulo causam dicendam non ignoro: cum enim honestis se conatibus maleuolorum semper liuor opponat, nec hoc seculo tam vitiorum, quam virtutum fecundissimo, vllus sine multorum obreftatione recte vel doceat, vel agere queat, mirum nemini debet videri, si his in disputationibus, quæ non modo iudiciis, censuris, cauillationibus, reprehensionibus legentium, & scribentium, sed vindictæ etiam regnantium, si erratum fuerit, obnoxia sunt, dura iudicia, auersosque multorum animos sentiamus.

Obiciuntur
doctentibus
varia.

§. 2. Quatuor autem sunt, quæ in ipso operis vestibulo, atque aggressu obices ponuntur. Primo enim religionis, in quam nomen dedi, professio, rerum secularium tractationem, studiumque; vetare atque interdiceret penitus videtur. Quid enim tu, cui mundus crucifixus est, aut esse debet, mundanam ordinas Rempublicam? Cur tu, qui mundo crucifixus es (nisi religionem mentiris) de cruce tua pendens leges regibus, & regnis figis? Quæ tuæ in aula, in curia, in tribunalibus, quæ etiam in seditionibus, & bellis esse partes possunt, quorum omnem tibi memoriam excutere ardor precandi, & sacrarum scripturarum studia debebant? Deinde periculosa plenum opus alea est, non modo leges præscribere dominantibus, sed & consilia, multis enim magno bonâ consilia steterunt. Quam vero facilis sit in hac causa, quamuis absit culpa, & error, offensio; quicumque ignorat, is ad scribenda politica nunquam idoneus est. Tercio. Nimum videtur superba, aut potius insana professio, velle docere senatum, principes, Reges, Imperatores. Potius nunc obtemperare enim illis imperantibus, non imperii leges scribere boni ciuis est. Denique qui nullam vquam Rempublicam partem attingit, de Republica tamen administranda consilia, legesque scribit, Phormionis Ephesi irrisorem

Inexpertis
doctrina

effugere nunquam poterit; eum autem omnium senum calumniis stultissimū Hannibal indicabat, qui corā veterano, & multorum triumphorum imperatore, de metandis castris, instruenda acie, præliis; declamaret. Haud minor sane stultitia videtur, si mundi rectoribus, quos educatio ad imperium formauit, vius exercuit, varietas euentuum erudiuit, canities, & prudentia firmavit, moderandæ Reipub. rationem modumque obtrudatis, qui ne Formis quidem, aut in Alpibus prætor fuerit. Si enim cunctis artibus, aut artificibus maximum decus vsu venit, si experiendo tantum discitur, quam arduum, quam subiectum fortuna sit cuncta regendi onus; cur non consideras audientium personas, ne prius irredearis, quam audiaris? Non veris ne intempestiua sapientia sit potentibus tædio, sapientibus ludibrio? Ego vero nequaquam ista vercor, nec profecto vereri debeo, causas, tu, quicumque hæc lecturus es, mecum perpende.

§. 3. Initio quidem de Regum, Principumque, ac subditorum mutuis officiis, obligationibus, ac vniuersæ Reipublicæ gubernatione tractare, à Societate nostra non modo alienū non est, sed ita illi proprium, atque connexum, vt munus hoc nec defugere, nec alteri delegare possit, modo constitutionum suarum normis, & patrum vestigiis insistere porro velit. Scripturam Sacram, & vniuersam Theologiam Scholasticam priuatim & publice interpretatur, at tam scriptura sacra, quam Theologia Scholastica Rempublicam accurate format, nec pacis munia duntaxat, sed belli etiam iuste gerendi, vel omittendi rationem præscribit. Nec humana iudicia moramur, vbi diuinum oraculum nobis præit, quod ad Sacerdotes, & Theologos Reges ablegat; Deut. 17. 18. Postquam sederit in solio regni sui, scribet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus Leuitica tribus, & habebit secum, legetque illud omnibus res mittentibus vita sue: vt discat timere Dominum Deum suum, & tur docendū custodire verba, & ceremonias eius, quæ in lege præcepta sunt. di. Nec eleuetur cor eius in superbiā super fratres suos, neque declinet in partem dextram vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse & filii eius super Israel. Qui igitur scripturam explanat, de iure regni æquo, & iniquo, quale [1. Reg. 8. ii.] proponitur, disputationem instituere debet, nec priuatis modo, & insipientibus, sed magistratibus etiam, & sapientibus debitor est, quicumque docendi

calumniis
obnoxia.

Sacerdotis
officium est,
docere sub-
ditos & ma-
gistratus.

De negociis
secularibus
etiam reli-
giose loqui
possumus.

Publica vi-
tia adoles-
centes etiam
bonos de-
pravant.

Philosophi
& historici
Politici
proficentur

Aristoteles
politicus.

Multus in
politiciis Ar-
storeles.

rum, Argeiorum, Arcadum, Bottiæorum, Gelororum, Deliorum, Eubæorum, Epirotarum, Theſſariorum, Ithacorum, Himæariorum, Carum, Corcyæarum, Ciorum, Cyoniorum, Cymæorum, Cypriorum, Lacedæmoniorum, Leucadiorum, Locrorum, Maſſilienſium, Megarenorum, Methonæorum, Melienorum, Nuxiorum, Opuntiorum, Orchomenorum, Samiorum, Samothraciæ, Sicyoniorum, Syracuſiorum, Tarentinorum, Tegeatarum, Tenediorum, Troezeniorum, Tyrrenorum, Phocæorum, Hæc cum pauca ſint, & nonnulla obſcuriores, non eſt dubium in clariſ, & illuſtribus eum fuiſſe magis oſeroſum. Si igitur hoc Ariſtoteſi laudi datum eſt, cur mihi vitio vertatur? Quod ſi etiam in ipſa Ariſtoteſis Politica commentariis meditater, gratiam mihi adoleſcentes, & forte politici deberent, & gratum auctorum exempla me defenderent, Thomæ Aquinatis, Iacobi Fabri, Bernardi Senenſis, Antonii Montecaniti, Cyriaci Strozæ, Dionyſii Lambini, Donati Acciaioſi, Guilelmi Gregorii, Ioannis de Fabriano, aliorumque, nec non pro me cauſam dicerent ſectarii, nam Camerarius, Melanchton, aliique multi, etiam iſto in puluere ſudarunt! Si igitur & mihi liber ille campuſ, nec Societati bene docendi occaſionem inimicorum maleuolentia præcidat, vel amicorum timiditas impeditorem faciat.

Ariſtoteſis
commenta-
tores politi-
ci.

Societas ini-
micorum
acerbitate
a labore nō
deterretur.

§. 7. At periculoſum eſt. Quasi vero vllum munus noſtra Societas ſine periculo obire queat, quæ inter continua pericula perpetua conſtantia incedit, hinc ſepta apertis inimicis, inde perita clauſtiniſ animulis, qui amicitiam præferunt verbis, & fronte, re ipſa vero, & animo maniſteſt hoſtibus tanto ſunt nocentiores, quanto occulta odia valentiora ſunt profeſſis. Itaque nullum mihi hac in cauſa ſingulare periculum impendit, neque enim metus eſt, ne mea ratiſ ſcopulo illidat, ſi curſum teneat, qua hæcenus tot incolumes ière, & rediére carina. Nec video quid formidare debeat, niſi forte ſi principum poteſtatem minuat, vel contra populorum libertatem duriuſ loqui videat; quod facile cauero, ſi media via incedens ea, quæ pro principum maiestate, & iure populi ſunt certa, proponam, quæ ambigua, & calumniis obnoxia iuriſperitiſ relinquam.

Tam reſpu-
blica docē-
da eſt quam
ſinguli.

§. 8. Nec timenda eſt mihi ſuperbiæ ſuſpicio, ſi magiſterium mihi Reipublicæ ſumam, ſi enim de Sacra ſcriptura, ſi de cœleſtibus mihi loqui non modo licitum eſt, ſed ex officio neceſſarium eſt, cur crimen fuerit, ſi de terrenis loquar? Egent proſecto reges, & principes, atque Rerumpublicarum ſenatores inſtitutione, conſiliis, & crebro grauibz monitiſ in ordinem redigendi ſunt, cum nimium licere ſibi volunt: non alio fato naſcuntur magnatum liberi, quam pauperum, vt imbecillitate corporum, & mortalitate, ſic ignorantia, affectibusque prauis detinentur; vide imperia, & verum ſenties. Errores imperantium ſpecta, acta conſule ab ipſo Iulio vſque ad Conſtantinum, & ab hoc vſque ad Carolum magnum, alioſ in paucioribus, alioſ pluribus, proſo- que in prauiffimis, ſœdiſſimiſque rebus deliquiſſe, imperiumque auare, crudeliter, libidinoſe, & quod ad rem præſentem attinet, ſine vlla politiciſ ratione ſtultiſſime adminiſtraſſe. Si tamen indignatur quipiam regibus quocunq; modo leges ſcribi, hæc mea ita accipiat quaſi principum, magnatum, nobiliſum, ſenatorum liberis, quorum inſignem numerum, humanitatiſ, & ſapientiaſ ſtudiis noſtra Societas erudit, dictata ſint. Legant illi, & diſcant, vt cum ad gubernacula aduerti fuerint, niſi deſit niſi experientia; quæ etſi multum pōt, ſola tamen nō ſufficit, cum ad ipſa iudicanda, quæ conſiliis, rebusq; a. cedis interueniunt, opus ſit accurata ratione, & pruden-

Reſtores
boni pauci.

Experientia
niſi ratione
naturaſ,
ruina eſt.

tia multiplici. Experti ſunt mali principes conu- rationes ſuorum, & odia ingentia, quorum ſons, & origo, crudelitas erat, ſed illi omnia alia ſuſpicati, cauſas in alioſ reiecerunt, crudelitatem, quaſi eo ſolo remedio poſſent machinis aduerſariorum occurrere intenderunt, interitumque ſibi maturarunt.

Quid igitur? De gubernanda ciuitate audeſ ſcribere, nec vllam vnquam gubernatiſ? Vide quam facile ad quaſtionem, quæ difficilis videtur, reſpondeam. Reipublicæ clauum tenent interdum adoleſcentes, nonnunquam imperiti, omnes aliquando in experti reſerunt, quia regimen inchoarunt; Solus Deus abſque principio æternum tenuit imperium: ſi igitur in expertum ad regnum admittiſ, cur a conſilio ſemoues? Maiore omnino periculo medelam facit imperita manuſ, quam ſuadet in expertuſ animuſ, conſilium enim negligi, aut corrigi poteſt, phar macum noxiuſ nunquam ſine agroti pernicioſ exhibetur. Deinde circumſpice orbem Chriſtianuſ, & ex tot millibus qui principibus a conſiliis ſunt, numera eos, qui Reipublicam, aut partem eius gubernarunt. Hoſ vbi auliſ omnibus exegeriſ, me quoque a ſcribendo detertere poteris. Ego nec Platonem, nec Ariſtotelem, nec Lipſium, nec alioſ Rempublicam gubernariſſe certo ſcio. Eorum tamen ſi conſiliis reges obſequerentur, naſ illorum multi propriæ incolumitati, diuturnitati, fama, & quod caput eſt, populorum ſaluti prudentiuſ conſulerent. Oneroſum eſt fateor, & prope ſuperbum docere velle expertoſ, forte etiam periculoſum docere principeſ, tamen etiam ſummi gubernatores in magnis tempeſtatibus a rectoribus admoneri ſolent. [Cicer. Philip. 7] Scitum eſt illud iſtius rei præſtaſ, πρὸς τὴν ἀνδραγαθίαν ἐμπεριεὶν. Remigem priuſ eſſe oportere, quam clauum tenere. [Ariſt. E- quit.] claros tamen nauarchoſ nouimus, quorum manuſ remo non occaſuerunt. Non facile de arti- bus iudicat, qui arteſ ignorat, nam artiſtibus dum laborant quaſdam ſe ſponte aperiant, quæ alioſ latent: Vere tamen dixit Fulgentiuſ (Ep. 21) Vita mala Quorundā immaturoſ ſeneſ demergit in tartara, bona iuuenioſ maturoſ inſitia bo- perducit ad regnum. Non cœleſte modo, verum etiam ad hoc terrenum, quod tamen datur bonis, & malis. Regnum itaque iuueniuſ eſt, & ſeniuſ. Vſuſ eſt magiſter egregiuſ, ſed melior, recta ratio. Sæpe meliuſ iudicat de republica, qui multa de ea legit, audiuit, multa vidit, quam iſ qui experimen- tum eiſ cepit. Vere Iſoc. (panath.) Πάντες ἀνδραγαθὸι ἀνέλθουσιν ἐκ τῆς ἀφ' ἧς τὸ ἀνθρώπινον ἔστιν ὄν. Omnes homineſ plureſ ſcientiaſ audituſ, quam viſuſ hauſere. Medici morboſ omneſ ſcientiaſ complectuntur, & arte ſan- nant, paucos, aut ſæpe nulloſ ſenſerunt, illi vero qui morboſ torquētur, medendi rationem ignorant: poterit igitur & reipublicæ ſanitatē, hoc eſt, pacem, tranquillitatēq; tueri, morboſ, hoc eſt, ſeditioneſ & bella ſedare, atque compeſcere, qui malis illiſ conſi- ctatuſ non ſit, modo ex ſapientiuſ dictiſ, factiſque idonea remedia didicerit, ſapienterque reipublicæ admouerit. Experientiam laudo, ſed lectionem, hiſtoriam, cognitionem præfero. Quis enim omnia experiri poteſt? In vno regno, in vno oppido, in vna aula ætas conteritur, & frequenter in vnicâ functione: ſui principis, ſuæ gentiſ, ſuorum collegarum mo- reſ nouit, hæc ſi ad alioſ transferre quiſ cogitat, perinde faciet, ac ſi quiſ Veneriſ equiſtrem, Norbergæ nauticam exercere velit. Quod vero Hannibal Phormionem dementem exiſtimat, quod coram im peratore de bello diſſerat, cum caſtra nunquam ille vidiffet, nunquam tubæ ſonum niſi in ſpectaculiſ audiſſet, confidentia ſui, & punica ſuperbia aberrauit, multo meliuſ Antiochuſ qui probauit. Quam multa enim docere Hannibalem etiam in bello potuit

In expertuſ
ex aliena
experientia
docere po-
teſt.

Contuma-
cia eſt, non
expertuſ, nol-
le moneri.

Quorundā
inſitia bo-
na fuerunt.

Experientia
vita, erudi-
tio experi-
entiaſ ma-
giſtra eſt.

Experientissimi Hannibalis errata.

Hannibal Romanos vincere potuisset, nisi inurbanitate peccasset.

Speciosa dictu, exitu perniciofa.

Variis politici.

Vetera cum iudicio audienda, nulla enim facula sunt avaritia.

Arbei pseudopolitici noxii.

Phormio? Ne scilicet perfide ageret, ne crudelis esset in victos, inexorabilis in deditos, ut victoria videretur, ne militem campanis deliciis eneruaret, ne cum Scipione sine aliquo suo commodo depugnaret, ne omnia in discrimen unius praelii coniceret. Denique necesse erat, eum, qui Romanos Antiochi viribus, & vellet, & posset vincere, ut comitate, si adulationem fugiebat, regem demereretur; at ille barbaro fastu, regem mollioribus suorum sermonibus assuetum a se abalienavit, & vno dictorio Romanos summis periculis exemit, cum enim illi Rex exercitum vestitu precioso, armisque fulgentem ostentaret, atque ex Hannibale: *Anne hac Romanis satis fore arbitraretur? quareret; Plane, inquit, etiam si sint auarissimi: qua inurbanitate regium apparatu, omnes eius duces, atque adeo Antiochum ipsum cum intrisisset, ab indignantibus contemptui habitus est, atque ita vno dictorio plus ille Romanis, quam tot legionibus Scipio profuit. Quod si copias illas approbasset sensumque; exercuisset, novum militem legisset, non difficile fuisset tantis opibus Romanum imperium pessum dare. Sed fugit magnos viros saepe in maximis negotiis ratio, & politicos exercitissimos vera politica ratio, quod Hannibali omnino contigit, popularis Reipublicae gnaro, regum inexperto; dum enim exul ea libertate regem tractat, quasi Carthaginis Consul cum amulo senatore contenderet, sui, patriaeque liberandae pulcherrimam occasionem perdidit. Nec me mouent bullata turba, acumen responsionis admirantium, & experientiam Hannibalis extollentium, cum experientiam intra vnicam Carthaginem, quasi in lacum angustum inclusam, fateantur in Oceano, & varietate Rerum publicarum, ac nationum cursum tenere non posse. Quicquid enim Hannibal post egerit, nunquam obtinere id potuit, ut suo arbitrio bellum administraret. Experientia itaque quamvis laudabilis, tamen semper mutila est, saepe in ea Republica, in qua nemo sapiens est, in qua, ob getis stuporem, in proverbium senatus venit.*

Atque haec ad meam excusationem sufficere arbitror. Quod si necessitatem harum disputationum, quam nostrorum licentia temporum adfert, animo perpendam, omnes profecto intelligemus, iure merito, planeque necessario huc me labore suscepisse. Et enim non vnum genus hominum hoc tempore Respublicas evertit, sed plurimi, qui se tamen politicos haberi, & dici postulant. Quidam sine literis, sine experientia, suo sensu nituntur, nouaque ac mira quaedam excogitant, qui ideo minus obsunt, quod in ipsa rerum molitione, & initiis fere concidunt. Nonnulli ita veterum institutis inhaerent, ut nihil nisi ex Atheniensi spartana, Romana Republica probent, magnis in erroribus illi versantur: nam primo necesse est, ut omnes post Augustum natos, regnandi & consulendi ignaros esse iudicent, adeoque ipsum Augustum, qui vetera statuta cuncta pene mutauit, quamquam nomina, speciemque, ut populo imponeret, fere retinuerit. Quis enim nescit quid inter consulem Caesaris asseciam, adulatoremque; & consulem illibatae libertatis interfit? Qui igitur in ipsam veritatem oculum mentis intendet, multa in veterum Republica haud proba, pleraque in nouis regnis, & vrbibus meliora inueniet: Errant plerique etiam saepe iudicio, & affectu, nunc hunc, nunc illum laudant, & sunt in partibus; plerique victoribus patrocinantur, & quod vltimum est moribus humanis, ad felicem parietem inclinant, multi ut delectent, & operi admirationem concilient, speciosa, quam vera malunt dicere, & scribere.

Hodierno autem tempore inualuit, & pene multis locis praevaluit detestabile genus pseudopoliticorum, qui pro vera republica & legitima

hoc est, impiorum, perditorum, ac nefandissimorum hominum ciuitatem exstruunt, quibus patrum saeculo facere, qua multa regna aduflit, Nicolaus Machiauellus praetulit. Cum enim religionem imperio accommodare, cum vitia, erroresque; regni causa probare, iustitiam vilitati praepone, factiones admittere aliaque de quibus suis locis agemus, docet, quid agat aliud, quam ut principem iniustum, impium, versutum, simulatorem, atque hypocritam efficiat? Quae quidem in re ab ultimo fine recedit, ideoque ruinam aedificat, & cum in continuo errore versetur, diuina sapientia destitutus, ne humana quidem prudentia principem informat, cum neque hypocritam perpetuo celare possit, nihil enim simulatum potest esse diuturnum, & patefacta semel perfidia, simulatioque; in perpetuum fidem auferat. Imperium autem, cui nec subiecto nec vicinorum vllus credit, tenere nemo diu potest. Hos contra, veram, solidam, diuinis legibus fundatam naturali ratione constitutam, vera prudentia, religione, virtute armatam regnandi artem, potentiamque demonstrare mihi constitutum est, nec meo tamen solius sensu, verum ex diuinis literis, sanctorum patrum institutis, legitimorum principum legibus, iusta consuetudine, rerum publicarum ordine ac modo, probata historia, exemplis, & ratione, iudicioque; hominum naturali, atque ita quod ad securitatem gubernationis & maiestatem, ad tranquillitatem commodaque; subditorum, ad omnium vero, tam rectorum, quam populi salutem, ac felicitatem pertinere iudicaui, in medium proferam.

C A P V T I I.

Doctrinae civilis necessitas, utilitas, dignitas.

§. I. Quidam, non quia dubia sunt, sed ordinis causa disputantur: tale est, quod de necessitate, utilitate, dignitate doctrinae civilis dictum sum, quam ego inter omnes vel maxime necessariam iudico. Cum enim natura sua homines ad societatem, mutuamque; communicationem ferantur, aliorum hominum beneuolentia, auxilioque; vtantur, neque enim viuere more Schytarum, Hamaxobiorum, aut *omogadon* Arabum humanum genus in vniuersum, quamque nec barbarorum illa feritas sine imperio esse omnino potuit, a Deo est permillum. Respublicas constitui oportuit. Societatem igitur inierunt inter se homines, & rempublicam instituerunt. In ea necessarius est *ἡ δὲ ἀρχὴ τῶν καὶ ἐκκελευσίων*, imperantium, & parentum ordo, vicissitudoque. Ordo tam necessarius, ut potestatem malis permittere, quam nulla potestate contineri homines Deus maluerit; adeoque vni impio multos subesse iustos, quod nulli subesse melius duxerit. At vero si politia necessaria est, etiam politicae necessaria est; quomodo enim vel recte imperabitur, vel parebitur, si gubernandi parendique prudentia destituantur? Regnorum fere clades, & felicitas ex imperantis errore, vel prudentia nascitur. Illi ut docet Augustinus (lib. 5. ciuit. c. 19.) qui vera pietate praediti, bene viuunt, si hanc scientiam regendi populos consecrati sunt, nihil est felicius rebus humanis, quam si Deo miserante, habeant potestatem.

Necessitatem illam declarant etiam amplius morosa subiectorum ingenia, adeo quidem ut multo facilius sit inuenire virum fortem, qui hostem vincat, quam prudentem, qui ciuem regat. *Δυσκολόν ἐστι τὸ τῆς ψυχῆς ἀνδραγαθόν, & ὁμοίως ὁ ἀνὴρ ἐστὶν ὁμοίως ὁ ἀνὴρ ἐστὶν ὁμοίως*, morosum & difficile animal est homo, neque seruitutem, neque libertatem ferre potest, sub leni imperio lasciuat, sub aspero fatiscit, sub vtroque contra imperantem insurgit, aut si conatus metu seuerioris potentiae compescitur, querelis se vlscitur, & consolatur. Quanta igitur opus est arte, ut hoc animal

Arbei à fine ultimo desciunt.

Ita Societas viuendi est necessaria, ita eius Societatis cognitio.

Ordo necessarius.

Felicitas reipublica bonus rex.

Difficilis res imperium